



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 43. Gallorum error de loci prærogativa per Papam contra eos decisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI
A.C. 1564.

scopus sermonem suum ita exorsus est:
 „In magno dolore, quem Patres ex
 „communibus miseriis capiunt, con-
 „solationem eisdem attulit commemo-
 „rata Regis Catholici pietas, atque
 „illud in primis gratum ipsis accidit, quod
 „idem ea, quæ sanxerunt, defensurum
 „se pollicitus fit: porro cum id ipsum
 „Cæsarem, aliosque Reges, & Princi-
 „pes Christianos facturos exploratum no-
 „bis fit, hinc incitamus, ut operam demus,
 „quatenus nostræ actiones tot, ac tan-
 „torum Principum studiis respondeant,
 „prout id & nostra sponte, & Pontificis
 „cohortatione jam diu fecimus, nil
 „enim magis curamus, nec quid magis
 „solliciti pertractamus, quam morum, &
 „disciplinæ emendationem, & Doctrinæ
 „Catholicæ explicationem: Itaque Regi
 „quam maximas gratias agimus, quod
 „singulare in Catholicam fidem studium
 „exhibuerit, ac adeo piam in sanctam
 „Synodus voluntatem profiteatur, atque
 „eiusmodi Oratorem Lunensem Comi-
 „tem miserit, cuius præsentia commu-
 „ni caussæ, & adjumentum, & orna-
 „mentum adferet.,,

§. XLIII.

*Gallorum error de loci prærogativa
per Papam contra eos decisæ.*

R 3

Interf.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

Fallav. l. c-

Interea Galli falso suspicabantur, quod
summus Pontifex controversiam de
loci prærogativa in Hispanorum favo-
rem decidisset, hinc ultra modum in-
dignationem suam exerebant, & ipse-
met Lansacus per specialem Nuntium
Reginæ Administratrici hæc significa-
bat: „Orator Hispanus Regis sui man-
„data mihi ostendit, in quibus a Phi-
„lippo Gallis cedere prohibetur, quin
„tamen propterea cum eis amicitiam
„violet: insuper Romæ mandatum a
„Papa fuit editum, quod, prout fer-
„tur, Legati quidem receperunt, sed
„illud effectui dare, aut divulgare no-
„luerunt: attamen id fuisse factum,
„haud probatur, illud tamen certum
„videtur, quod Præfides ad Cardina-
„lem Borromæum arcanis notis episo-
„lam scribentes eidem significarint, quod
„hanc litem componere desperarent,
„& consilium desuper accipiendi neces-
„sitas urgeat, necnon varia utrinque
„incommoda oriri possint, quapropter
„Papam rogabant, ut ipsem hanc
„caussam decideret, nec illam ipsorum
„judicio relinqueret.,,

§. XLIV,
*Papæ epistola ad suos Legatos in
vorem Hispaniæ Regis.*

Acc